



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO TERTIA.

loquitur, causa in nullū dubiū reponi solet, quare hic in proxima responsione statueretur. Neque ibi habet quod illic Oniam inuocant. Ad dictū Gen. xlvij. nimirū mihi D. Eckius impingit, me scripturas dilacerare, dixit sermonis conditionē hoc in se non habere, tunc concessit Esaiā iij. capite ita exponi debere. Ego scripturas per scripturas exposui, cuius mihi historia prebet testimoniū, filios Ioseph in quieta fuisse possessione, in terra promissionis Iacob quoque illis Sichem addidisse, quo Iacob dilectiores noti essent, habueruntque plus ceteris prerogatiuā, quare eo magis ceteris dicti fuerunt esse Iacob. Bene nouit D. Eckius decē tribus filiorum Iacob Israhel nominatos, & eorum rex ex tribu Efraim. Nunc autē Israhel nomen est Iacob, aliaque duarum tribuum nomen a Iuda habere. Quod Nu. vi. inducit nihil ibi habetur de inuocatione nominum quorumcumque hominum ad deum deseruit, neque ibi ponitur uerbulum, quod in Genesi positum est. Sicque compertum habetur doctorem Eckium nullum adhuc dictum induxisse, quo abducere possit dicta in contrarium adducta. Quod in Hieremia habetur conditionale est scilicet si admitteretur, si ita esset, neque concessum neque falsum. Quibus libenter concluderim, & scripturis commisisse uoluerim, nisi aliquid noui a me peratur.

D. ECKIUS.

In nomine tuo domine Iesu Christe, Amen. Ex hoc prolixo sermone sepius ante sic facto, perpendit charitas uestra pluresque extra ciuitatem in territorijs ueritati parcere, doctorem ad mihi contradicendum aientes non sufficenter audiri. In summa uos rogo fideliter memoriam mandandum doctorem confessum sanctorum inuocationem, quam Zwinglius, frater Stiffel, & eis similes noui Christiani negant. Simpliciter uiro proponit, nihil me scripturis probasse, omnemque rem suam iugiter apud scripta manere. Dico breuiter neminem sibi met bene sententiam dicere posse, hoc namque in isto anno non admittit, ut sui met quisque sit iudex. Vnum autem faciat doctor mecum, resignet securitatem,

Bb

COLLATIO XLIII.

sinatq; sententiam ferre, quis inter nos efficaciores scripturas pro sua parte habeat, ego et illi pars aduersa, etiam in poenitentia ignis. Quod autem doctoris uerba non tanti sint habenda & tenenda, eius me inconstantia mouet, nouiter enim ante annos tres, in quibus neq; puerulus fuerat, in uniuersum orbem expressione disseminauit librum Psephmata Chrysostomi dictum, in quo sanctos in caelo ait in charitate ardere, non cessantes pro nobis orare, quid ergo mali futurum nos haec fieri desiderare, quod deum uelle credimus, quod ergo hodie uel heri malum dixit, ante haec bonum fuerat, uoluitq; hoc deus. Ad uerba illius deuenio cum grosso nequam uirorum exemplo. In nullis unquam terris audiui, tres captiuos in una turri fures, unum alterum sua intercessione liberasse. Ipse uero quod sanctos hic in terris adducit, peccatores fuisse, multis uerbis ad causam prolongationem, hic gladius in hanc uaginam non adaptatur nec pertinet. Hunc articulum contra Carolostadium in Lipzig disputauit, ipse si uelit specialiter eum in manus assumat, non fugiam sed Christiane respondebo, posset inquam simplicem in errorem ducere. Quia uero clamat festinanter & mox ad Christum. Si quis in Basiliam tendat, necesse non est ut in Bernam siue Solodorum dirigatur, nunquid haec gratiosa est similitudo, quasi aberraret quis qui per sanctos ad Christum tenderet, & sancti extraiam essent Christi, ubi nam hoc scripturis probat. Probo illi exemplum aliud. Si quis a me in Basiliam dirigi peteret, ego uero illi Bruck & Rinfelden, ut uera suae uiae mecum ostenderem, hoc causam plus esset affine. Iterum adfert sanctos uiuentes, de quo ego apud scripta notario permaneo. Quis enim Christianorum tam esset fide uacuus, qui non crederet intercessionem uenerabilis genitricis dei Mariae apud deum non praestare, quam si hic multa milia pro inuicem rogarer, cum propheta Mariae dicit quidem se non reijcere Aue Maria. Respondeo si sanctorum intercessionem cum dominica oratione, Pater noster noluerit abrogare, ut quid ergo sic induxit.

Nos

CONCLUSIO TERTIA.

Nos Christiani a tenera iuuentute simul orare docemur Pater noster & Aue Maria & Credo &c. orabimusq; auxiliante nos deo, usq; ad mortem. Ad Hieremiam xvij. se excusare tentat, quod ego lectori commendo. Quod uero electos dei sanctos idolatris Babylonijs & Aegyptijs cōparat, mihi non placet, longā subinfert glossam ad illud Matth. iij. Et quum hodie illum ad græcum remiserim, ipse me ad hebræum remittit. Deuter. vi. Dico si in hebræo herebit, perdet hoc uerbum soli, quod in textu non reperitur. Et cum hoc manifestū est hoc uerbum Abad si ad deum ponitur, specialem dei cultum designare & seruitutē. Exo. xx. de Dulia ad nostrā principalem causam non deseruit, esset enim uerbalis controuersia. Quia tamen Christū omnia esse dicit, oportet ut sanctos sinat nobiliora membra esse Christi. Cum exēplo illo prolixo suæ millepiciis solis sermonē esse sino, nuda enim illius uerba nihil probant neq; ualent, scripturæ nos ligabunt. De miraculis aliqua esse falsa hoc me scriptura docet. Doctor aut, ga sanctoꝝ miracula & Mariæ negare nō potest, merito credere debet sanctoꝝ inuocationē, quā deus sua maiestate confirmat. Locoꝝ ratiōe, deū scilicet in uno loco (utpote in heremitorio diuæ Mariæ & Aquisgrano) gratiosius exaudire in Mariæ peregrina uisitatione, dicit deū in omni loco æque misericordem esse, hoc si uerū est, quare ergo admittit deum in uno loco plus facere miracula quā in alio. Nihil cōtra nos est dñm dicere Iohan. iij. quod neq; in monte neq; in Hierusalem ueri adoratores essent adoraturi, sed in spiritu & ueritate, quia Iudæi uno scilicet deputato loco tenebant offerre, ideoq; & uniuersi Iudæi iam sacrificio seu oblatione carēt, nullā in templo habēt sacerdotale operationē &c. Nos uero Christiani, q dñm Ihesum adoram⁹ in spiritu & ueritate, nostrū spirituale habemus sacrificiū, sacro sanctū corpus & priosum sanguinē Christi Ihesu in toto orbe. De nostrā ingratitude sino ut hodie dictū fuerat. Quia tñ D. Occolampadius suū obsequiale.

COLLATIO XLIII.

quod una cū suis sotijs edidit melius iudicat, quā obsequiale
 (librū scilicet de usu sacramentorū) a sancta Christiana eccle-
 sia ordinato, huius quoq; certus sit, fortassis e celo auicula
 quæpiā hoc ei reuelauit, quis illud crederet, quando sic eccle-
 sia contumelia & scandalū irrogat, neq; de isto inuiti libello
 iam disputo. Sed ita meū sonat argumentū, quū S. Petrus de
 um pro nobis orat, quare ergo cum suis sotijs litaneia ecclesie
 abrogauit, sancte Petre ora pro nobis deū, quæ tanto tempo-
 re in usū fuit. Paulus autē quia deum dixit ignem cōsumentē,
 opinat̄ doctor ob hoc eum non timendū, audenterq; ad eum
 dum. Contra quod ego ei respōdeo, quare ergo Exo. xviii,
 præcepit deus non solū ludęos ad se uenire abstinere debere,
 quin & ne montem quidē contingerēt. Exo. xx. Expauera-
 ctis ludæis dixerunt Moysi. Tu loquere nobis & audiemus,
 non loquat̄ nobis dñs ne moriamur. Ad epistolā Heb. hodie
 responsum est. Ad Ezechielē dicit quod de uiuis loquat̄, sæ-
 pius auditū est nouos Christianos nullū argumentū inducere
 contra sanctos beatos, quod etiā non militet contra uiuos,
 Librū Machabæorū conatur reddere dubiū scriptoris caussa.
 Dico nihil ad me de scriptore pertinere, sed de ecclesia sancta
 quæ hunc librū ut sacras literas acceptauit. In Bibliā enim sa-
 cras aliquot habemus literas, quorū author est nobis igno-
 ritus. De dicto Genesis xlviii. adhuc caussam refugit, sed hoc
 dictum cum illo Exo. xxxij. applicatum, bene tunc adparet,
 qui recte sentit. Sed & in eo loco Rabi Salomon uisus, secun-
 dum Hebraici sermonis cōsuetudinem. Quo me credo con-
 clusionem meam tertiam, de sanctorū intercessionē, ut Chri-
 stianam obtinuisse, rogās dominū meum doctorem, ut cum
 ecclesia Christiana, Mariam uenerandam dei genitricem &
 omnes sanctos inuocet, ut nobis gratiā a domino nostro Ihe-
 su Christo impetrent & exorent, Amen.

D. OECOLAMPADIVS.

Ego scripturis commendo.

CONCLV